



Universitätsbibliothek Paderborn

Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In
Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et
Excessvs Amoris ...

Rodt, Franz Joseph von

Campoduni, 1680

Discursus XIII. Sabatta, festa, & solemnitates in Ecclesia Dei fiunt hostibus
contemptibiles, eò quòd fideles ut plurimùm non vacent Deo, sed otio,
lusibus & petulantijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)



DISCURSVS XIII.

Zain.

Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabba-
ta ejus. *Thren. 1. v. 7.*

DE ECCLESIA.

*Sabbata, festa, & solemnitates in Ecclesia
Dei sunt hostibus contemptibiles, eò quòd
fideles, ut plurimum, non vacent Deo, sed
otio, lusibus, & petulantis.*

I. **C**Um totus pene Ju-
daorum populus, &
ipsa quodammodo eo-
rum Ecclesia in capti-
vitatem Babylonicam devenis-
set, miras & inusitatas illius ce-
ramonias intuiti populi genti-
les, deriserunt Sabbata ejus, id
est, festa, cultum, & religio-
nem, quam & vanus quidam
Philosophus Religionem pue-
rorum nuncupavit; viderunt
eam itaque hostes, & derise-
runt Sabbata ejus, *sicut hodie Ju-
daeos deridemus*, glossatur Inter-
linearis. Non quòd illa à Deo

prascriptæ ceramoniæ legales,
vana & ridicula sint, sed quòd
illi umbra, & figura (quæ ad-
ventante novæ legis lumine
evanuit) tam scrupulosè inhæ-
reant, & tenacius, quàm olim
ipsa lex ab illis exigebat, *vacant
enim ad nugas, testatur de Judæis
Augustinus. Illi à bono opere
vacant, ab opere nugatorio non va-
cant.* unde meritò Hebræus
ille ridebatur in Sabbato in fo-
veam cadens, cum ea die ob ve-
nerationem Sabbati inde se ex-
trahi non sustineret, hoc versu
oblata opem recusans.

*Judaorū
Sabbata
videntur.*

*Glossa
Interl.*

*S. Aug.
in Psal.
91. titulu.*

Sabbata

Quia puer
vilitate ser
vant.

Sabbata sancta colo, de sterco-
re surgere nolo.

Itaque à Christiano, ob scrupulosam nimis Sabbati ipsius observantiam irrisus, ut simili observantiâ etiam Christianorum Sabbatum celebrare cogetur, sequenti die Dominicâ in stercore feriari iustus est, hoc versu ipsi accinente Christiano:

Sabbata nostra quidem, Salomon celebrabis ibidem.

Uti autem nos Hebræorum pueriles in Sabbato, aliisve solemnitatibus usitatas ridemus crepundias, ita hodièque graves Ecclesiæ in celebratione festivitatum usitatas ceremonias rident hæretici, &c. Sed irrationabilis ille, & puerilis risus, ac nasuta impudentia, sicuti nulla nititur solido fundamento, & ratione, ita nec refutatione digna est, magis despicienda, quàm refellenda. Quod autem magis deplorat Ecclesia, est, quòd subinde non sine ratione viderunt eam hostes, tam spiritus maligni, quàm hæretici, & deriserunt Sabbata, ac festivos illius dies, qui operibus piis ac religiosis celebrandi, ut plurimam otiosis & vanis (& utinam non peccaminosis) patibus à Christianis teruntur.

II Duram homo homini servitutem imponit. Impius ministrorum exactor est homo, notat Oleaster, vellet enim, si possibile esset, ser-

rum habere æreum, aut ferreum, ut continuò ejus uteretur ministerio.

Pari ratione homo nec equis aut jumentis suis ullam daret respirandi moram, nisi ipse Deus

Sabbatum hominibus præscriptum, etiam jumentis favorabile, pro quiete sanxisset: Unde

disce, quanto sit melius pro Domino, quàm improbo homini servire, cum

Deus servis suis etiâ insensibilibus det requiem; homo autem lasso homini

eam neget, juxta illud threnorum ultimo: Lassus non datur requies.

Intentio legislatoris non tendit quidem præcisè ad requiem, & otium corpori parandum, sed

magis ad ordinandum animæ, terrenis operibus intricata,

tempus, quo ab iis libera etiam divino cultui, & memoriæ Dei

sui, creatoris ac redemptoris vacare possit, in hunc enim finem maximè à Deo institutum

Sabbatum in decalago, & aliæ ordinatæ festivitates, in lege veteri, & in lege nova eadem

ratione, & sine præscriptæ solemnitates, & festa tam Domini, quàm Sanctorum; Unde maxi-

mè convenit, ut etiam parentes, & patresfamilias filiis, ac subditis suis festi celebrandi rationem, ac memoriam signati

mysterij exponant: uti in lege veteri Deus præcepit: Nar-

rabisque filio tuo, in die illo, dicens: Hoc est, quod fecit Dominus mihi, &c.

nam Dei memoria, & cultus præcipuè festi

Exod. 13. v. 8. Gregor. Nanzian.

Hoc est, quod fecit Dominus mihi, &c. nam Dei memoria, & cultus præcipuè festi

festi

Homo datur in hominem.

idem cit.

Thren. 5. v. 5.

Non tantum, Sabbato, corpori quies ordinatur

Memoria festi recordanda.

Hostia Sabbata videtur ob opera mala.

festicapot est. Uti docet Gregorius Nanzianzenus.

Levir. c
6, 6. v. 12.

Ne tepescat amor.

S. Thom.
opusc. 5.

S. Bona.
ser. 4. de
10. Præc.
S. Anton.
p. 1 tit.
14. c. 4.
S. 4.
Gloss.
Ord. in
Num. c.
28.

Observat Angelicus, quod serio olim præceperit Deus: Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet Sacerdos, quod maxime de altari humani cordis intelligendum, in quo ignis divini amoris semper ardeat, necesse est; cum verò mundani quique, maxime servi & agricola, per totam hebdomadam terrenis suis negotiis occupati, vix tempus curandi, & fovendi hujus ignis habeant, saltem Sabbathum instituit Deus (cui alias solemnitates & festa adiecit Ecclesia) ut in iis nutrire ignem amoris divini, & ligna subiicere possent. *Ne omnino alienentur à Deo (ait Angelicus) oportuit, quod haberent aliquem diem determinatum, ne nimis tepescat in eis amor Dei.* Concludit ergo, quod Sabbathum datum fuit ad opera pietatis. Hinc accedit etiam sententia Doctoris Seraphici, docentis: *Præcipit Dominus sanctificationem, id est, vacationem ad amandum.* Idem sentit S. Archiepiscopus Florentinus: *Est ordinatum ad vacandum Deo.* Verum, & debitum observandi Sabbathi modum præscribit glossa in hæc verba. *Die Sabbathi nihil de mundanis actibus oportet operari; Si ergo nihil mundanum geras, spiritualibus vaces, ad Ecclesiam venias, verbo Dei autem præbeas, caelestia cogites,*

de futura spe sollicitudinem geras, venturum iudicium præ oculis habeas, non respicias ad præsentia, & visibilia, sed ad invisibilia, & futura. Hæc est observatio Sabbathi Christiana. Et demum concludit: *Qui ergo cessat ab operibus sæculi, & spiritualibus vacat, sacrificium Sabbathi, & diem festum agit.*

Sed (pro dolor!) parum de hoc Christiano Sabbatho faciendum curant Primates, & Magnates nostri Christiani, parum vacare quarunt Deo, raras verbo Dei aures, cum aulicis suis, præbent proceres, mundo muliebri totum tempus promeridianum dedicatur in gynecæis; ventionibus, & excursionibus attendunt nobiles, computationibus plebei, Mercatores, & alij commerciis dediti, dandis & acceptandis rationibus frequentandis, hinc inde ad festivas solemnitates & æncænia indictis & magno abusu introductis nundinis, quibus ut plurimum cultus divinus, & festi splendor obscuratur; Juventus in lusibus & choræisteris festorum dies, quibus attendere per alios dies ipsis non vacat, &c. tanquam in hunc finem Deus ipsis Sabbathum, & à laboribus quietem indulset, ut genio, & petulantia suæ vacare possent. Et hæc observatio est Sabbathi Christiana? An non Sabbata nostra, sic à Christianis celebrata, merito

Festa,
quomodo
agendat

III:

Quomodo
celebratur?

iri-

S. Thom. ibid. irrideant inimici nostri? Non enim ad ludendum ordinatur talis dies, sed ad laudandum, & orandum Dominum Deum; ait Angelicus.

Tam solliciti etiam in hoc puncto fuerunt Zelosi Imperatores Christiani, ut non solum opera servilia, & forenses lites, sed etiam ludos publicos & spectacula in festivis diebus penitus interdicerent, ut videre est in L. Omnes dies C. de feriis.

Interdicta enim spectacula in festivis diebus penitus interdicerent, ut videre est in L. Omnes dies C. de feriis, ubi expressè sancitur: In quibus etiam sanctissimis diebus, neque spectaculorum copiam referamus. In eadem observatione numeramus, & dies solis, quos Dominicos ritè dixere majores. Eadem, in lege finali ibidem, repetuntur his verbis:

Nec hujus tamen Religiosi diei otia relaxantes, obscenis quæquam patimur voluptatibus detineri, Nihil eodem die sibi vindicet scena theatralis, aut Circense certamen, &c. Et si in no-

strum ortum, aut natalem celebranda solemnitas incidit, differatur. Gravi etiam proscriptionis, & exauctorationis proposita pœnâ, &c.

At hodie scenis theatralibus, spectaculis digladiatoriiis, funambulorum, & histrionum ludis festivi maximè consecrantur dies, & tamen nec quicquã de observato Sabbato dubitatur.

¶ V. At saltem (dices) si non Deo, saltem ab operibus servilibus vacatur, uti divina lex mandat;

Omne opus servile, non facietis in eo. Nemo diebus festivis facilè viderit quemquam serere, occare, aratro terram proscindere, metere, frumentum terere, aut triturrare. Nemo facilè viderit officinas artificum his diebus, tundendo, secando, strepidare, silent mallei, & ferræ, & omne opus servile procul ablegatur.

Sed hæcine sola sunt opera illa servilia diebus festivis interdista? hæcne sola à Deo in illis exerceri prohibita? Imò verò non dantur tantum opera physicè servilia, sed etiam maximè moraliter servilia, teste enim Antonino, Opus maximè servile, est peccatum, quod facit servum diaboli. Et ultra prosequitur, quòd magis facit contra istum præceptum, peccans mortaliter in festo, quàm operans manualiter. Cui sententiæ etiam inhærere videtur Thomas Aquinas, allegans auctoritatem S. Augustini, qui s. Thom. dicit: Minus malum est tali die arare, quàm ludere. Repetit idem S. Augustinus in titulum Psal 91. Melius est arare, quàm saltare. Licet hoc in sano etiam sensu intelligendum sit. Nam arare, cum, de se, sit opus indifferens, diebus non festivis licitum est omnino, & laudabile, licet il-

licitum diebus festis ob extrinsecum Dei, vel Ecclesiæ præceptum, saltare autem & ludere

Peccatè est opus servile

S. Antonin. cit.

s. Thom. cit.

An minus malè ludere, quàm arare?

(præ-

(præsertim in eo sensu uti in sacris literis ut plurimum accipitur, & ibi specialiter; Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere) cum de se, & intrinseca sui ratione cum jactura inutili temporis sit reprehensibile, etiam diebus non festis, quanto magis in ipsis diebus festis, in quibus non tantum quies ab operibus servilibus physicis, sed maxime moralibus, id est, peccatis mandatur. Licet enim ejusmodi petulantis privatis quies Sabbati non tam tumultuose disturbetur, sicuti per arationem, aut malleorum repetitos ictus, interruptur tamen, & disturbatur sanctificatio Sabbati, ad opera pietatis, & amandum Deum, non ad lascivè ludendum, & petulanter lascivendum instituti.

In diebus f. sicut?

V. S. Ant. ait.

Antra- hat pec- catum in aliam spe- ciam.

Saltet- circum- stantia- gravis.

Estque Florentini Antistitis rigoroſa in hoc passu sententia, quod talis circumstantia (in die festo) trahit peccatum in aliam speciem; nam fornicans in festo, facit contra duo præcepta, scilicet non machaberis, & illud de sanctificatione Sabbati. Quamvis autem moderni, more suo, mitiores in moralibus sint judices, & censores, certum tamen est, esse hanc circumstantiam peccatorum (in die festo) ita notabilem & aggravantem, quam merito, teneræ conscientia Christiano in confessione, exprimere con-

veniat, & Confessarius ejusmodi festiva sanctificationis violatores durius excipere, & peccati gravitatem remonstrare teneatur. Maxime cum Deus etiam in sacris paginis maxime peccata à populo in Sabbatis, & solemnitatibus festivis commissa, severe redarguat, veluti apud Isaiam. *Ka- lla. c. 1. lendas vestras, & solemnitates vestras odit anima mea, & facte sunt mihi molestæ, comminans etiam per Malachiam: Dispergam super vultum vestrum, stercus solemnitarum vestrarum.* Malach. c. 2. v. 3.

Deploandum planè est, quòd foetidum peccatorum stercus etiam à Christianis nostris, maxime in diebus festivis colligatur, aggregantes contra se densum lutum. Revera si in tribunali tam pœnitentia, quam forensi contra reos de tempore delicti inquiratur, ut plurimum densum hoc lutum diebus festis aggregatum, & collectum invenietur. Quare ex helluone, quando se ita vino ingurgitaverit? quando ita temulentus per plateas vacillanti gressu incedens hinc inde in platearum angulos arietaverit? Si non semper, ut plurimum tamen, die festivo id actum fuisse respondebit, cum à se dies Sabbati in popinis sanctificaretur. Interroga blasphemum, quo die tam deliberato, & exacerbato animo, scandalosas,

Abac. c. 1. v. 6.

Maxima peccata.

In festo committuntur.

In F. f. 12
commis-
satur.

dalosas, & industriose excogitatas in cœlum blasphemias effutierit? Plerumque id diebus festivis, inter chartas lusorias, & aleas, vel computationes contigisse experieris. Quod pariter derixis, & contentionibus experientia docet, nam verbera, & cicatrices ut plurimum inter temulentos helluonum tumultus diebus festivis imprimuntur, hæc Sabbatini sunt præclara stigmata. Et nunquid, hæc est observatio Sabbati Christiana? Si ulterius quæras ex lasciva juventute, quo die, lascivas suas petulantias, & turpitudines exercere consueverit, & stercoreis fœtorem congregaverit? negare non poterit, maximè id in festivis diebus actum, dum quærendæ societatis otium illis suppeteret, cum alijs diebus, non festivis, manuali labore præpediti cupiditates venari non ita curaverint. Quasi ita festivi dies ad vacandum luxuriæ, gulæ, lusui, ebrietati, &c. sicuti feriales laboribus manualibus, & operibus servilibus deputati sint? Pro pudor! Hæcine observatio Sabbati Christiana? An non meritò Sabbata nostra irrident Hebræi, & gentiles? Viderunt eam hostes & deriserunt Sabbata ejus, dum Christiani in iis fœtidissima peccatorum stercorea, & onera colligunt,

P. Franc. Iosephi Op. IV.

ita ut etiam Urbanus VIII. hanc ob rationem, festorum numerum minuendum, solemnibus bullâ decreverit.

Minaciter ad deponenda hæc stercorea onera hortatur Deus per Jeremiam: *custodite animas vestras, & nolite portare pondus Sabbati. Onus autem animæ, & pondus malum (ut docet Angelicus) est peccatum.* Hanc Angelici Doctoris expositionem etiam sequitur Hugo Cardinalis, nolite (inquiens) portare pondus, id est, peccata: Et hoc maximè in die Sabbati, quando ab omni opere servili cessabunt homines, unde multò magis à peccato tunc cessare debetis. Sicut homo maximè in festis debet abstinere à peccato, quod est pondus grave; Psal. 37. Sicut onus grave, gravatæ sunt super me. Cum tamen homines perversi tam studiosè in die Sabbati pondera, & onera peccatorum colligant, tanquam ab opere servili exempta Sabbata & festa, ex industria ad hæc ferenda pondera sint ordinata.

Monet Deus Jeremiam Prophetam, ut per plateas civitatis circumferret oculos, & nefanda Israëlitarum spectaret facinora. Et quam hæc? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentos reginæ cæli, Lunæ, seu Dianæ. Et quam hæc ligna, quæ colligunt filij? Per ligna (respondet Cardinalis

VF

terera. c. 17. v. 21. Peccatū est onus.

Hugo Card. hic. Hoc non convenit portare.

die Sab. bati.

Ligna quo modo colligant filij Jeremi. 7. v. 17.

Hugo Card. hic.

P à S. Ca.



à S. Caro) significantur mala concupiscentia, quibus succenditur ignis diaboli in cordibus peccatorum, per consensum & opus exhibitum illis concupiscentijs. Hæc autem ligna colligere in Sabbato, duplex est abominatio, quia attestantibus sacris paginis, lapidatus est ille, qui colligebat ligna in Sabbato. Peccatores enim maxime huiusmodi ligna colligunt in diebus festivis, & ideo Sabbata eorum, & solemnitates eorum, odit anima: Viderunt eam hostes, id est, demones, & deriserunt Sabbata eius.

Et quod magis dolendum, collectis per filios lignis, Patres succendunt ignem, quia non corrigunt filios suos, sed magis dant eis vestes, & denarios, & alias occasiones, quibus facilius colligant hæc ligna, id est, nocivas concupiscentias. Et mulieres conspergant adipem, delitiosè filios suos nutriendo, & superflue ornando, & nimis delicate eos amando; Ut faciant placentas Reginae cæli, per peccatum luxuria corporis suum sacrificantes Lunæ, id est, omni temporali gaudio se exponentes, ut non sit pratum, quod non pertranseat eorum luxuria. Hæc Hugo. Ad has placentas infernales in diebus festivis sedet (applaudentibus, vel saltem non contradicentibus parentibus) juventus Christiana; sedet, inquam, manducare & bibere, & postea surgit ludere, obscænis vacans jocos, & spectaculis: Filij eorum colligunt ligna!

Quid mirum, si sic ligna colligat plebs Christiana, quod deum etiam Deus justè contra eam excandescens succendat iram divinæ vindictæ, & exardescat sicut ignis in spinis?

Videmus totum Romanum imperium, imò totum orbem Christianum uno ardere penitus belli incendio, ad quod plebs Christiana ligna jam à multis collegit annis, & quidem ut plurimum diebus festivis; Si ergo ignem optamus extingendum, non ferenda, aut colligenda, sed removenda ligna sunt. Aut siquidem colligenda ligna, & peccata sint, ea ad confitendum, & comburendum ardentis contritionis flammâ, colligamus, gratum Deo in comburendis hæc lignis facturi sacrificium.

Sic & Antoninus ex illo veteris legis præcepto, quo die Sabbati sacrificium duplicandum mandabatur, infert (præter festi sanctificationem) offerendum est ergo sacrificium de animâ per contritionem. Quod etiam Angelici doctrinâ confirmatur, qui docet: Unde primò debemus ultro offerre animam nostram, dolendo de peccatis: prout psalmista testatur: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humilitum, Deus, non despicias. Sic igitur benè, laudabiliter, & Christianè Sabbata peragentur, hæc erit observatio Sabbati Christiana,

VII.

Ignis modernus bellorum ab his lignis.

Comburemus per contritionem.

Num. 28. v. 9. S. Anton. cit. S. Thom. Opusc. cit.

Psal. 50. v. 8

Servantibus Sabbatum,

na,

na, non tantum ab operibus vanis & servilibus tam physicis, quam moralibus abstinere, sed etiam pietatis, & poenitentiae operibus sanctificare; sic Sabbata nostra deridere cessabunt inimici, quae illis, sic celebrata, non jucunda erunt, sed formidanda, nobis autem maxime salutifera, non tantum ad salutem animae, & spiritualium, sed etiam temporalium profectum; nam si largam benedictionem Israëlitis, annum sabbaticum ritè celebraturis, Deus promittit, & praestitit, cur non & Christianis praestabit? Probè observat ad propositum nostrum Africana Ecclesiae lumen Augustinus: *Si curabant divina Is-*

raëlica, & Deus curabat humana, sicut ipse promiserat. Inde bene arguit praclarus Expositor, Cornelius: *Audiant hoc Christiani? discantque sua lucra non querere, violando festa per labores, venditiones, &c. si enim Deus Judaeis promittit hic, servantibus quietem toto anno sabbatico, annonam in tres annos, multò magis Christianis servantibus quietem paucorum festorum, providebit de victu, & lucris?* In divinam ergo confidentes bonitate, & munificentia agamus cum devotione, & pietate Sabbata Domini, ut & ipse nobis concedat Sabbatum, & quietem sempiternam in caelis,

Amen.

Promittitur bene dictio,

Levit. e. 25. v. 2.

S. August. q. 16. ex loco Exod. 34.

